cit ¦quòd non, ſed quòd debet prius licentiam ab Epiſcopo requirere. Sed certè in contrarium eſt communis opin. vt atteſtatur Remigius in loco præallegato, fol. 217. in 1. quæſt. circa fin. Vbi etiam ſubdit, quod ſeruatur in practica. Et ita quotidie videmus, quòd iudices ſeculares extrahunt delinquentes ab eccleſiis non expectata licentia epiſcopi, quia prȩlati, & iudices eccleſiaſtici reddunt ſe in hoc valde difficiles: & dum requiritur, & expectatur licentia, ſæpe clerici faciunt delinquentes aufugere. Et ita moribus, & praxi Chriſtiani orbis receptum eſſe ait Didac. in d. cap. 20. poſt num. 18. verſic. 34. ita etiam ſeruari in curia Delphin. atteſtatur Guido Papæ deciſ. 121. in fine, & ita pluries ſe vidiſſe ſeruari refert Gulielm. de Benedictis in prima parte repet. cap. Raynutius, in verbo. Et vxorem in Deciſ. 2. fol. 81. n. 152. ita etiam de facto ſeruari atteſtatur Boer. deciſ. 109. nu. 2. [u] Debent tamen in hoc iudices ſeculares modeſte ſe gerere, & prouidere, quòd ſine tumultu, & offenſa perſonarum eccleſiaſticarum, extrahantur, & vbi aliquando comperiant, quòd de iure non debuiſſent illos extrahi facere, debent eos confeſtim eccleſiæ reſtituere.

21 Quæro modo nunquid ſi delictum eſt tale, pro quo delinquens ab eccleſia extrahi de iure non poſſit, liceat iudici ſeculari [y] poſitis cuſtodibus eccleſiam ipſam obſideri facere, & prohibere, ne ad eum alimenta deferri poſſint. Reſpon. quod non, & eſt communis opin. vt ait Didac. in d. cap. 20. poſt. num. 17. verſic. 31. & ita in hoc dominio ſeruatur. In alijs tamen locis aliquando vidi reos in eccleſijs obſideri, prout etiam in Nortmania dicit eſſe hanc conſuetudinẽ Igneus in l. 1. in principio, num. 9. ff. ad Syllan. vbi ait, quòd per victus ſubtractionem eos exire cogunt, cum banni impoſitione, & pœnæ interminatione: deinde compellunt eos abiurare patriã, & in exilium ire: quod ſi reuertantur, & deinde in eccleſia capiantur, non gaudent amplius eccleſiæ immunitate, ſed vltimo ſupplicio afficiuntur, vt narrat ibi Igneus, recenſendo totam diſputationem ſuperinde habitam in facti contingentia, vſque ad num. 54. Bene ſolent rei, qui ad eccleſiam confugiunt, poni in compedibus, vel cum bona cuſtodia, donec cognitum fuerit, an gaudere debeãt ipſius eccleſiȩ immunitate. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Guid. Papæ in d. deciſio. 121. circa fin. Remigius in loco prȩalleg. f. 238. quæſt. 6.

22 Scias [z] autem, quòd hæc immunitas eccleſiæ prodeſt nõ modo delinquentibus, qui poſt delictum in eccleſiam confugiunt, ſed etiam carceratis, vt dixi ſupra verſic. Pone familia: Quinimò prodeſt etiam iam condemnatis, & bannitis etiam capitaliter. Et ita iuſſit Senatus reſtitui Eccleſiæ quendam Io. Teſtam capitaliter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat. 11. Ian. 1555. A.C. [a] Fortius dico, quòd ſi aliquis condemnatus dum ad ſupplicium ducitur, tranſit per eccleſiam, vel cœmiterium, gaudet immunitate eccleſiæ, neque poteſt inde violenter extrahi. Et hæc eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Remigius in loco præallegato, fol. 201. in 30. fallentia. Et ita ſe vidiſſe in facto iudicari affirmat Chaſſaneus ſuper conſuetudine Burgund. fol. 55. numero 121. quem refert Boer. deciſ. 110. poſt num. 8.

23 Succeſſiuè quæro, nunquid ille, qui ad eccleſiam confugit, ſi deinde extractus fuerit in caſibus, in quibus licitè extrahi poterat, poſſit puniri. Reſpon. Old. conſ. 154. in fine dicit, quòd extractus ab eccleſia (ſecundum omnes) non punitur pœna ſanguinis. Ego tamen in practica nunquam vidi ſeruari: nam ſiue licitè ab eccleſia extractus fuerit, ſiue ipſe ſponte exierit, et deinde captus fuerit, ſẽper vidi eum puniri, perinde ac ſi nunquam ad eccleſiam confugiſſet. Et ita etiam ſeruari de conſuetudine, & ſtylo Franciæ atteſtatur Boer. in d. deciſ. 209. in fin. & dixi ſupra circa princ. quȩſt.

24 Vltimò [b] quæro, nunquid delinquens, qui confugit ad ſacerdotem ſacram Euchariſtiam in manibus portantem gaudeat immunitate, prout illi, qui ad eccleſiam confugiunt. Reſpond. quòd ſic, fuit opin. Hoſtienſ. cum qua tranſeunt communiter Doctores, vt dicit Corſet. in ſuis ſingul. in verbo, Cardinalis. Et dicit Ioan. Arno ſoliloquio 80. dictat capitulum, quòd illum ſequuntur communiter Doctores. Dicit etiam Gomeſ. in §. penales, poſt

num.

reum 17. q. 4. & Guid. Papæ deciſ. 121. in fine, hoc tamen hodie nõ ſeruatur. Rebuff. tom. 2. in tract. de immunit. eccleſ. art. 1. glo. 3, num. 1. cum ſequent. &
26 ſi iudex ſecularis † promitteret, non teneretur ſeruare dictam promiſſionem, ſecundum Alciat. in tract. de præſumpt. præſumpt. 33. nu. 5. Sed quando captura nõ fuiſſet facta ritè in eccleſia, captus debet reſtitui eccleſiæ, quæ petere poteſt, vt reſtituatur priſtinæ libertati, qua de facto fuit priuatus, vt per Rebuff. vbi ſupra. *Baiard.*

t *Seruari.*] Adde Aufrer in tract. Arreſt. capit. 218. *Guiot.*

u *Debent tamen.*) Farinac. d. nu 76. *Roſ.*

x *Quæro modo.*) An Iudex cuſtodiam poſſit adhibere circa eccleſiam, quãdo delinquens extrahi nõ poteſt, vel illi alimenta prohibere, Farin. d. q. 28. num. 9. *Roſſ.*

Quæro modo.) Adde, ſi
27 promiſſa † impunitate criminis, coegit à loco ſacro diſcedere, & ſecũ ire delinquentem, an teneatur ei ſeruare fidem. Cynus in l. præſenti, C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt, hãc quȩſtionem tractauit, & concludit iudicem nõ teneri. ſi delinquens iure poterat ab eccleſia extrahi; licet Fortun. in l. conuentionum col. 4. ff de pactis, dixerit ſecus eſſe, ſi iudex non promiſiſſet criminis impunitatẽ, ſed delinquẽtem reſtituturum eccleſiȩ ſi ab ea exiſet, & ſecum pergeret fortaſſe, vt ab eo ſeriem rei geſtæ inquireret; de quo dicto, dubitat Couarruu. variar. reſolut. libro 1. cap. 2. in fine, vbi atteſtatur opinionem Cyni eſſe communem. *Baiar.*

y *Poſitis cuſtodibus.*) Dixi ſupra verſiculo ſcias autem, vbi de Cn. Octauio Pauli Æmilij Legato, qui à violatione quidem Aſyli ob honorem Deorũ abſtinuit, à fuga tamen, ac demigratione Perſeum arcebat. *Drogh.*

z *Scias autem.*) Idem Farinac. num. 47. & vide infra eundem Clarũ quȩſtione nonageſimaquinta, in princ. *Roſ.*

Scias autem.) Adde, quod D Farinac. quæſtió. crimin. q. 28. num. 47. dicit, hoc non eſſe verum,
28 vt ſcilicet banniti † hac immunit. gaudeãt, quando capitaliter condemnati fuiſſent, pro quibus immunitas locum non haberet; ſed ſolum quãdo fuiſſent banniti pro alijs delictis, quibus tali immunitate gaudere potuiſſent. *Baiard.*

a *Fortius dico.*) Adde,
29 quòd D. Farin. † in d. q. 28. nu. 96. contrarium tenuit. *Baiard.*

b *Vltimo quæro.*) Farinacius dicto loco nu. 11. *Roſ.*

Vltimo quæro.) Adde, quòd Couarruuias in loco hic allegato nõ tenet hãc opinionem, ſed dicit, quod eſt dubius, an ſit vera, dicens ſe fateri maiorẽ honorem exhibendum fore Euchariſtiæ, quam ipſis templis, quibus ob ipſam Euchariſtiam, plura priuilegia conceduntur, tamen cum immunitas hæc canonibus ſtatuta ſit nullibi Euchariſtiæ hoc ius extra ipſas eccleſias datum fuiſſe legitur, & vide, quæ poſui infra ad Quæſtionem 98. in Verſiculo Sed pone. *Baiard.*

Hic

nu. 50. Inſtitu. de actio, quòd ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Cagnol. in l. vinum, num. 54. ff. ſi cer. pet. Didac. in d. cap. 20. num. 6. Remigius de immun. eccleſ. fol. 84. Ant. Gomeſ. cap. 10. delict. nu. 1. quem refert Plaza lib. 1. delic. cap. 34. num. 16. Menchiaca lib. 3. de teſt. §. 22. nu. 55. Cum enim in ipſa Euchariſtia ſit Chriſtus Ieſus, propter quem eccleſia gaudet hoc priuilegio, multo magis in eo idem dicendum eſt, quod in eccleſia. Vide, quȩ dixi infra q. 98. verſic. ſed pone. An autem ſi eodem nato detur ſanctiſſima Euchariſtia, debeat eo die morti tradi, dixi infra quæſt. 99. verſiculo, ſed quæro.

In hoc autem propoſito
25 adde, quod ſicut non licet delinquentes ab accleſia extrahere, ita neque etiam licet Scholares pro aliquo delicto è ſcholis extrahere. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Rebuff. de priuileg. ſcholar. vbi refert ob id quoſdã fuiſſe ſuſpenſos, & illum refert Horatius de priuileg. ſcholar. cap. 51.

26 Itẽ adde, quòd ſicut delinquentes non poſſunt extrahi ab eccleſia, neque a palatio epiſcopi, ita neque etiam extrahi poſſunt a domibus Cardinalium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ita hodie conſuetudo communis obſeruat teſte Manfredo in tractatu de cardinal. c. 8. in 14. priuil.

Tertiò [d] adde, quòd etiam fugientes ad ſtatuas Prin-
27 cipum ſunt ſecuri, ne inde auelli poſſint, vt videtur tex. in l. unica. C. de ijs qui ad ſtatuas confug. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Remig. in loco præalleg. fol. 97. in 23. ampl. Dicit tamen Reſtaurus de Imperatore, q. 96. ꝙ hoc de conſuetudine non videtur admiſſum, neque receptũ. Et certè credo, quòd vix poſſet in practica obtinere.

Item adde, quod ſicut delinquentes.] Adde, quod
30 publici † ſeruientes non debent intrare domum alicuius potentis ad inquirẽdum ibi latitantem ſine licentia Iudicis, ſed debent ſtare. Boer. deciſ. 174. nu-
31 mero 4. † ſed hoc in practica non ſeruatur, & quotidie ingrediuntur etiam palatia Cardinalium, vt infra.

Item adde, quòd Ty-
32 berius † Imperator, nè daretur occaſio delinquẽdi, Aſylorum immunitates in vniuerſa Romani Imperij ditione abrogauit: ita inquit Vulpell. in conſil. 130. num. 11. & ita ſæpè fecerunt multi Pontifices, & præſertim Six-
33 tus † Quintus, qui huiuſmodi franchigias, ſiue aſylos Cardinalium ſubſtulerunt, vt ex eorum Bullis, ſiue Conſtitutionibus apparet. *Baiard.*

d *Tertio adde.*] Farin. dict. quæſt. 28. num. 48. & 49. *Roſſ.*

QVÆST. XXXI.

Quemadmodum Rei citandi ſint.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Citari debet reus ante omnia.*
2 *Et quid ſi princeps procedat contra ſubditum.*
3 *Et quid in ſententia declaratoria cenſuræ.*
4 *Citatio in cauſis criminalibus debet fieri de ſpeciali commiſſione Iudicis.*
5 *Et an in citatione ſit exprimenda cauſa, propter quam reus citatur.*
6 *Et an citatione poſſit apponi pœna.*
7 *Et an in citatione inſeri debeat totus tenor libelli.*
8 *Et quæ ſit forma libelli inquiſitionis.*
9 *Arbitrium Iudicis quid importet.*
10 *Fama an probetur per illa verba. Fama publica præcedente.*
11 *Menſis, & annus an ſit exprimendus in libello inquiſitionis.*
12 *Scientia, & dolus an in delictis requiratur.*
13 *Clauſulæ ſuper quibus omnibus, &c. inquiſitione quid operatur.*
14 *Iudex an teneatur ſe inſcribere in inquiſitione.*
15 *Citatio qualiter reo intimari debeat.*
16 *Et an ſufficiat, quod intimetur ad domum.*
17 *Et an ſit neceſſaria perquiſitio citandi per ciuitatem.*
18 *Et an ſit illi danda copia citationis.*
19 *Et quid ſi citandus ſit extra territorium.*
20 *Et quid ſi ambo territoria ſint ſub eodem præſide prouinciæ.*
21 *Et quid ſi reus ſit vagabundus.*
22 *Et an vnica citatio in criminalibus ſufficiat.*
23 *Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur.*
24 *Et an fiſcus ſit citandus, & pars offenſa.*
25 *Et an pendente termino poſito in citatione poſſit iudex capi facere reum.*

Ex Additionibus.

1 *Citatio nulla non validatur, ſi procurator compareat, & dicat de nullitate actorum.*
2 *Citatio nulla validatur, ſi procurator ſimpliciter compareat & proceſſum continet.*
3 *Princeps an poſſit tollere citationem remiſſiuè.*
4 *Citatio, an ſit neceſſaria, quando cauſa iudicis arbitrio remittitur.*
5 *Princeps poteſt ex iuſta cauſa citationem remittere.*
6 *Principis voluntas non impeditur citatione in actibus, quos liberè poteſt agere.*
7 *Princeps de plenitudine poteſtatis quomodo poſſit ferre ſententiam ſine citatione.*
8 *Citatio non poteſt tolli per ſtatutum.*
9 *Citatio prima eſt de iure naturali, aliæ verò de iure ciuili. Citatio poſt concluſum in cauſa eſt de iure poſitiuo.*
10 *Citatio non requiritur contra retinentes violenter terras eccleſiæ, vel Imperij.*
11 *Executio poteſt fieri ſine citatione ex proceſſu informatiuo ſecretè facto per legatum Papæ contra committentem crimen læſæ Maieſt.*
*11 *Citatio ſine termino valet.*
12 *Citatio facta generaliter pro intereſſe fiſci non tenet.*
13 *Citationis forma in Regno Neap. remiſſ.*
14 *Præceptum non poteſt eſſe initium inquiſitionis.*
15 *Multa non poteſt imponi, ſi formanda eſt inquiſitio.*
16 *Præcepta pœnalia an requirant cauſas.*
17 *Præcepta ad informandum, vel ad audiendum, & faciendum quicquid per Curiam rationabiliter iniungetur, an valeant remiſſiuè.*
18 *Præceptum Iudicis ſine cauſæ cognitione ualet circa pertinẽtia ad eius officium.*
Præceptum Iudicis in ſcriptis grauiori pœna afficit tranſgredientem, quam voce factum.
Præceptum poteſt fieri die feriato, & in camera.
Præceptum de non exeundo domo, vt quis commodius capiatur, fieri nequit.
19 *Præcepto Iudicis contraueniens puniri debet ob contẽptum, licet iuſtè contraueniat.*
20 *Contemnere plus eſt, quam non parere.*
Doloſus eſt, qui non ſequitur arbitrium imperantis.
21 *Contumax in criminalibus non cenſetur Iudicem contemnere, ſed nolle in ſui diſcrimen incidere.*
Contumax in criminalibus non mulctatur, num. eodem.
22 *Confiſcationis pœna non habet locum pro contumacia in cauſa ciuili, etiam ſi motu Principis fuiſſet conceſſa.*
23 *Contumacia an poſſit remitti, remiſſiuè.*
24 *Contumax an poſſit condemnari nõ dato ei termino ad ſe defendendum, & dicendum cauſam, cur non debeat mulctari, remiſſiuè.*
25 *Contumax an appellet remiſſiuè.*
26 *Contnmax poteſt citari ad comparendum ſub pœna carceris, banni, vel diruenda domus.*
27 *Multa inſolita, dicitur iniuſta.*
28 *Citatio an valeat ſub pœna confiſcationis bonorum.*

29 *Mulcta non poteſt indici in cauſa criminali, quando per ſtatutū poteſt ad diffinitiuā cōtra contumacē abſentē deueniri.*
Princeps poteſt præcipere ſubdito, vel vaſſallo, vt corā ſe compareat etiam non expreſſa cauſa, ſub pœna priuationis, & confiſcationis bonorum, & fundorum, ac mulctare.
30 *Iudex præcipiens alicui pro aliquo delicto, ne recedat de domo, non poteſt comminari, niſi ad pœnam delicti.*
31 *Comminatio indignationis Principis nihil facit ad pœnam pecuniariam.*
Iudex ordinarius præcipiendo per præceptum, vel per proclama, quod aliquid fiat, vel non fiat abſque impoſitione pęnæ intendit delinquentem puniri pęna ordinaria, nu. eod.
32 *Iudex cōminatus alicui pęnā aliquā, nō cogitur eā imponere.*
33 *L. eos, de mod. mult. non ſeruatur in facto.*
34 *L. eos. C. de mod. mul. declaratur.*
35 *Citatio ad reſpondendum cuidam inquiſitioni contra eum formata valida eſt.*
36 *Iudicis arbitriū in criminalib. quale intelligitur, remiſſiuè.*
37 *Iudex habens liberū arbitriū non poteſt ſine indicijs torquere.*
38 *Inquiſitio valet, licet non conſtet de nomine occiſi.*
39 *Inquiſitio poteſt formari contra mandantem, licet non conſtet de mandatario.*
40 *Inquiſitio tenet, licet non exprimatur tempus maleficij, quod ex iuſta cauſa non potuit ſciri.*
41 *Inquiſitio in crimine falſi non requirit tempus.*
42 *Inquiſitio valet non expreſſo loco delicti, qui ex iuſta cauſa non potuit ſciri.*
43 *Inquiſitio in crimine falſi non requirit expreſſionem loci.*
*43 *Proceſſatus de vulnere quādo de morte ſubſecuta teneatur.*
44 *Clauſula ſuper quibus omnibus, &c. operatur, vt ſi fiat proceſſus, & mors ſequatur, poſſit proceſſatus de morte puniri.*
45 *Citatio ad domum ſufficit in Regno Neap.*
46 *Citatio ad domum ſufficit in ſtatu Eccleſiaſtico.*
47 *Citationes Romæ quomodo fiant, remiſſiuè.*
48 *Citatio ad domū quomodo fiat in Regno Neap. ſi nullus in ea habitet, remiſſiuè.*
49 *Citatio facta ad apothecam, an valeat, remiſſiuè.*
50 *Citatio per edictum, an valeat, et quomodo fiat remiſſiuè.*
51 *Nuntio, ſi poſt relationem in ſcriptis factam neget ſe citaſſe, an credatur.*
52 *Relatio nuntij generalis facta ſe feciſſe, prout in mandatis, an valeat.*
53 *Nuntio an credendum.*
54 *Nuntius falſo referens quomodo puniatur.*
55 *Nuntios falſo referentes Author puniuit catena infami, exilio, & priuatione officij.*
56 *Pœna facientis fieri falſam relationem, remiſſiuè.*
57 *Nuntio dicenti ſe aliter retuliſſe, quam Notarius ſcripſerit, an credatur.*
58 *Nuntius non referens citationem tenetur parti ad intereſſe.*
59 *Relatio citationis nō pōt fieri per aliū nuntium, qui nō citauit.*
60 *Nuntius poteſt citare per alium nuntium, ubi ſunt plures nuntij publici.*
61 *Citationis relatio non poteſt fieri die feriato.*
62 *Citationis relatio an debeat conſtare iudici ex actis, antequā pronunciet.*
63 *Nuntio an ſit credendum, quando pars negat fuiſſe citatam.*
64 *Statutum ſi extaret, quod credatur nuntio, an probatio admittatur in contrarium.*
65 *Nuntius Regius poteſt citare in terra Baronis abſq. licentia.*
66 *Vagabundus citatur per edictum.*
67 *Citatio ſine termini præfixione, an liceat.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. XXXI.

1 a *Vel citatio eſſet nulla.*] Adde, quòd citatio † nulla non validaretur, ſi procurator compareret opponens, de nullitate citationum, & actorum, quia hoc non poſſet inducere validitatem, & ſic contrarium effectū, ſecus ſi ſimpliciter comparuiſſet, &
2 † proceſſum continuaſſet. Ruin. conſ. 61. n. 8. vol. 5. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 9. glo. 2. num. 19 & addend. ad Bertaz. conſ. 559. ad finem. *Baiar.*

b *Et hoc locum habet.*) Adde videndum Gabr. in concl. ſuis lib. 2. tit. de cita. concl. 1 nu. 9. vbi multum diffusè huiuſmodi quæſt.
3 tractat; An † Princeps, ſiue Papa poſſit tollere citationem, & Staphil. in tractat. de cōmiſſ. litter. iuſt. nu. 26. cum ſequ. fol. mihi 109. & an iudex, cuius arbitrio eſt cauſa diffiniēda,
4 teneatur citare, † vid. Menoch. de arbitr. iud. q. 17. et Gabr. d. concl. 1. nu. 31. limitat hanc cōcluſionem, quod Princeps poteſt in ſuo proceſſu omittere citationem, ſi id ex iuſta cauſa
5 faciat. † Idem tenet Vaſq. controuerſ. Iur. c. 31. n. 8. vbi dicit, rationem eſſe, nè iuris naturalis poteſtas, & imperium ad iuuandum inſciū incipiat eſſe nociuū poteſt etiam Princeps tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere abſque iniuria poteſt liberè, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium, nec enim citatio tunc impedire poteſt
6 Principis † liberam voluntatem. Socin. conſ. 164. vol. 2. Crau. conſilio 5. & Couar. practic. quæſt. capit. 23. verſic. 2. Item conſtat, & Viu. opin. 710. numero 5 & ibi, numero 2. dicit,
7 quod Princeps † de abſoluta poteſtate poteſt procedere, etiam parte non citata, & ferre ſententiam ſine citatione, quando apparet eum omninò voluiſſe alicui præiudicare, ex quo actum eo inuito poteſt explicare.
Item adde, quòd citatio,
8 † nec à ſtatuto, nec à Principe tolli poteſt, Bald. in l. 1. col. 1 verſ. ſed hic quæritur, C. quomodo, & quādo iud. cum alijs per Vāt. de nullitat. ex defect. citation. num. 9. cum citatio ſit iuris naturalis, non propter ſe, ſed propter defenſionem, vt ibi per eum num. 6. Sed aduertendum
9 eſt, quòd † prima citatio eſt de iure naturali, aliæ verò de iure ciuili; & poſt concluſum in cauſa eſt de iure poſitiuo, Afflictus deciſion. 283. & Doctores in cap. ex pa. el 2. de offic. deleg. *Baiard.*

c *Adde, quod hæc omnia.*] Adde, quòd citatio non requiritur, quando Papa procedit contra cōmittentem crimen Læſæ Maieſtatis, retinendo terras Eccleſiæ, vel Imperij
10 violenter. † Gig. de crim. læſæ maieſt. verſ. qualiter in crim. læſæ maieſt. quęſt. 6. nu. 7.
11 & ſimiliter † ex proceſſu informatiuo occultè, & ſecretè facto contra

QVÆST. XXXI.

1 *Vbi locus capturę non fuerit, tunc debet iudex cōtra eum ad vlteriora procedere, & vbi contumax fuerit, illum condemnare. Eſt tamen ante omnia præmittendum, quod debet omnino reus legitime citari, ubi. n. reus nō fuiſſet citatus,* [a] *vel citatio eſſet nulla, vel minus legitimè facta, proceſſus, & ſententia, & omnia, quæ ſequuntur, ſunt ipſo iure nulla, vt dicit gloſ. in l. ſi accuſatoribus, in gloſ. fin. C. de accuſat. Et eſt communis theorica, vt atteſtatur Rolan. conſ. 68. n. 14. lib. 2.* [b] *Et hoc locum habet non modo in quocunque iudice, ſed etiam in ipſo principe; nam & ipſe de ordinaria poteſtate non poteſt procedere contra aliquem non citatū. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Corſe. in repertorio Abbatis in verbo, Princeps, vel Papa, Socin. inter conſilia Curtij Sen. conſi. 20. num. 4. & ſeq. Et hoc etiamſi delictum ſit notorium, vt dixi ſup. quæſt. 9. verſ. Quæro nunquid.*

Adde, [c] *quod hæc omnia locum habent, etiamſi ille, contra quem princeps procedit, eſſet eius ſubditus, ad hoc enim non poſſet contra eum non citatum procedere, tex. eſt vulgatus in clemen. paſtoralis, de re iudic. & eſt communis opin. vt ait Socin. conſil. 87. poſt nu. 19. verſ. Capio ſextā, lib. 3. & conſilio 164. nu. 16. & in fin. lib. 2. & conſi. 266. nu. 46. eodem vol. & conſil. 120. poſt nu. 10. lib. 3. dicit, quod omnes fatētur, quod in cauſis criminalibus non poteſt princeps, etiā de plenitudine poteſtatis procedere, etiam cōtra ſubditum eo nō citato. Et in hoc propoſito videnda ſunt ea, quæ dixi loquendo de cauſis*

contra committētem crimen lęſ. maieſt. per legatū Papæ poteſt fieri realis executio contra ipſum, & Caſtra feudalia occupari pro ipſo non citato, Anc. in conſ. 277. per totū B.

d *In criminalibus.*] Adde, quòd etiam in criminalibus debet apponi hora in citatione, in qua reus debeat comparere: & eſt bona practica ſecundùm Ang. in l. more. la 2. ad fi. ff. de ferijs, & citatus perſonaliter, non comparet per procuratorem, vbi ſtatutum requirit præſentiā. Abb. in cap. expoſuit, nu.
* 12. de accuſat. Citationē 12. tamen ſine termino valere tenet Vantius de nullitatib. proceſſ. fol. 188. num 71. quia intelligitur, quòd reus compareat quā citius fieri poterit. *Guio.*

e *Quæro nunc quæ ſit forma.*] Adde videndum Nattam in conſil. 594. n. 15. volum. 3. & ibi habetur, † quòd citatio fa-
12 cta pro intereſſe fiſci non tenet, tanquam facta in genere generaliſſimo, niſi iuſtificetur per ſubſequētem accuſationem, vel inquſitionem; & quæ contınere debeat citatio † in
13 Regno Neap. & eius forma habetur per Conſtit. edictorum, & ibi Afflict. & Foller. in practic. crim. in verſ. vel eos verbaliter citari faciat. *Baiard.*

f *Sed certè quidquid ſit de iure.*] Adde quòd ergo præceptum, de quo hic loquitur, debet fieri expreſſa cauſa, & tali præcepto vtimur, cum ignoratur delinquens, ſuſpicamur tamen magna ſuſpicione de aliquo, & tunc ille citari ſolet ad informandum ſuper delicto taliter commiſſo; vide infra quæſt. 64. verſic. Sed nunquid, ibi, vel præceptis pęnalibus; & quando ignoratur delinquens ſupra q. ſexta verſic. ſed quoniam quæſt. 27. in principio, vbi dixi: At quò ad præceptum, quod fieri debeat expreſſa cauſa, adde Marſil. ſingul. 8. Marant. in ſua practica ſub titulo, Rectè concipiatur citatio part. 6. nu. 69. Guid. Papa quæſt. 255. Petr. de Gerard. ſingul. 77. Vide tamen eundem Marſil. ſingul. 17. & ibi in addition. verſic. & quid ſi addita fuerit. Arelat. in addition. ad Alciat. Tractat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 30. Verum prouiſum eſt ſuper talibus præceptis pœnalibus in ſtatu Mediolani per literas Regias, de quibus habetur in fine præſentium Additionum, ibi; *Intendiamo che parmente le cauſe criminali:* & etiam per Cōſtitutiones, de quibus infrà verſic. 1. Cur autem cum quis perſonaliter citatur, vt compareat, ſit exprimenda cauſa, vide Menoch. millies citato tractatu de arbitr. iudicum libr. 2. cent. 1. caſ. 53. numer. 23. & in propoſito præſentis verſiculi Tiraqu. de pœn. leg. temp. in præfat. num. 59. latè Boſſ. ſub titulo quomodo procedatur per pręcepta; ſed an ſic citatus, vt vulgo dicitur, ad informandum, ſi in præcepto nulla ſit expreſſa cauſa, teneatur perſonaliter cōparere? Quòd non, Ioan. de Arnon. ſing. 75. *Droghus.*

Sed certè.] & hoc eſt de iure communi, Cartar. de execut. ſenten. cap. 1. num. 6. limitat. 3. Clar. infra verſic. Quæro nunquid contrarium dicat. *Roſ.*

g *Sed de iure communi.*] Adde, quòd iudex in criminalibus non poteſt facere præceptum imputatis de aliquo delicto, vt comparere debeant ſub
14 graui pęna, quia † præceptum nō debet eſſe initium inquiſitionis, & quia
15 mulcta † non poteſt imponi, ſi formanda eſt inquiſitio, Brun. conſil. 87 numer. 46. Bertaz. conſil. 354. 415. 416. & 417. volumin. 2. vbi loquitur etiam de præcepto, ne recedat de domo, & Roland. conſil. 47. num. 44. & 45. volumin. 2. & an in
16 pręceptis † pœnalibus requirantur cauſæ, ad hoc vt teneant, & committatur pœna, & quid de pręceptis ad informandum Curiam, vel ad audiendum, & faciendum quicquid per Curiam ratio-
17 nabiliter iniūgetur, † Pariſ. in tract. de ſyndicat. in verſ. reſtat videre de præcept. & præceptum iudicis factum ſine cauſæ cognitio-

ciuilibus inf. libr. proximo dicit enim Socin. in eodem conſilio 164. num. 15. quod in criminalibus ita ſentiunt in ciuilibus, omnes qui hoc tenent, & quod ita conſultum fuit in cauſa interdicti ciuitatis Florentiæ per multos Doctores. Et reuera ſi in ciuilibus non poteſt princeps procedere cōtra ſubditum non citatum, ſecundùm opinion. quam in loco præallegato oſtendi eſſe magis communem, idem, & multo magis dicendum eſt in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio tractatur. Et ita ſemper vidi in practica obſeruari.

3 *Item adde, quod licèt aliqui tenuerint, quòd hoc non habeat locum in ſententia excommunicationis declaratoria, nihilominus magis cōmunis op. eſt, quod etiam quando iudex declarat aliquem incidiſſe in aliquam excommunicationem, vel pœnam ipſo facto, requiritur citatio etiam in ſententia cenſuræ, & interdicti. Ita tenet gloſ. in clem. præſenti, in verb. Conſtiterit, de cenſib. quam omnes approbant, vt dicit Socin. in d. conſ. 20. n. 16. in fin. Ripa in l. is cui bonis, num. 27. ff. de verb. oblig. Hanc etiam dicit eſſe cōmunem opin. Dec. in cap. reprehenſibilis, poſt n. 2. de appellat. Et dato, quòd aliquo caſu ſuſtineri poſſet illa opin. quod ad ſententiam declaratoriam cenſuræ non requireretur citatio, certè in ipſa diſcuſſione negotij, & cauſæ, propter quam peruenitur ad ipſam ſententiam declaratoriam, vtique requiritur citatio. Et in hoc nemo diſcrepat, vt dicit Tort. inter conſ. Ant. de Butr. conſ. vlt. col. fin. verſ. ſed vnum eſt: aliàs enim eſſet tollere parti ſuas defenſiones, quod nullo modo eſt faciendum.*

4 *Vnum autem ſcias, quòd licèt in cauſis ciuilibus valeat citatio ſine ſpeciali commiſſione iudicis, vt dixi inf. libr. proximo: Tamen* [d] *in criminalibus debet fieri de ſpeciali commiſſione iudicis: aliàs eſt nulla. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Ripa in capit. 1. num. 86. de iudic. quem refert Practic. Conradi, fol. 267. n. 5. Blanc. de ind. num. 34. prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in litera C. num. 55. Et ita ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Bal. in l. fin. nu. 4. C. de exhib. reis.*

Quæro nunc, [e] *quæ ſit forma huius citationis, & in pri-*
5 *mis nunquid in ea exprimenda ſit cauſa, propter quam reus citatur. Reſpond. Abb. in c. præterea, num. 8. de dilatio. diſtinguit, quod aut citatio mittitur in partes longinquas, & tunc eſt inſerenda cauſa, propter quam quis citatur: aut citatio ſit in partibus propinquis, & nō requiritur expreſſio cauſæ, ſed ſufficit dicere, quod compareat reſponſurus cuidam accuſationi, ſeu inquiſitioni contra eum formatæ. Et dicit Foller. in pract. crim. can. fol. 140 in fin. quod hæc diſtinctio Abbat. ſeruatur in Romana Curia, & alijs.* [f] *Sed certè, quidquid ſit de iure, apud nos indiſtinctè ſeruatur, quòd in citatione inſeratur cauſa. Et hanc opin. dicit eſſe communem Imola in l. inter accuſatorem, num. 2. in fin. ff. de publ. iud. prout illum refert Menchiaca cōtrouerſ. vſu frequentium, cap. 24. num. 12. Et ita etiam quotidie practicari atteſtatur idem Foller. in pract. crim. fol. 36. numer. 6. Quinimo de conſuetudine nō modo cauſa, ſed totus tenor libelli ſine inquiſitione inſeri debet in ipſa citatione, vt dixi infr. verſ. Quæro nunquid.*

6 *Item quæro, nunquid poſſit iudex in tali citatione apponere pœnam pro contumacia. Reſpondet. in hoc dominio prohibitum eſt per nouiſſimas conſtitutiones in titul. de accuſat. §. omnibus. procedere præceptis pęnalibus ſine licentia. Senatus qui tamen aliquando concedit, vbi non ſunt indicia ſufficientia ad formandam inquiſitionem, præſertim in cauſis magnis, vt dicit Boſſius in titulo, quomodo procedatur per præcepta, numero primo.* [g] *Sed de iure quidem communi vtique iudex commina-*